MORTILOGIUM SANCTORUM
Salzburg (?), 1. Hälfte 15. Jh. Seite 88v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nat. Vienne depos. beati Theodori abbatis. In Luca-
na sanctorum Jacincti. Quintini. Feliciane. Lucani.

03 B nis Rome nat. s. Ponciani pape et mart. qui ab Alexandro
imperatore cum Ypolito pbro in exilium est deportatus
in Sardiniam insulam ubi defunctus est. In civitate Tin-
gitana passio s. Marcelli centurionis. qui capitis
abscisione martirium consummavit sub agricolano agente
vices prefectorum pretorio. Apud Affricam martirum ducen-
torum xx. In Antiochia beati Serapionis epi. Item
s. Germani epi. Hic sanctus vir propter infirmitatem venit
ad balnea calida. Et ibi invenit ibi sanctum Pascasium
archidiaconum sancte romane ecclesie. Cuius dalmatica
post mortem demoniacum curavit. Sed propter hoc solum quia
in contencione que habebatur inter Symachum et Laurencium
quorum quilibet voluit esse papa. Laurencio astitit ex errore
et Symachum recusavit. et hanc culpam fletibus non pur-
gavit. Sed sanctus Germanus pro eo obtulit hostiam salu-
tarem. et de purgatorio liberavit eum. Cuius germani
animam post obitum suum vidit sanctus benedictus cum lumine
magno in celum transferri.

30 x A wolf Rome beati Nemesii diaconi et Lucille filie eius. quos
sanctus pontifex Steffanus baptizavit. quique ipsum Ne-
mesium diaconum constituit. qui decollacione capitis quidem
martirium complevit. sicut cum filia sub Valeriano et
Gallieno viij° kalendas septembris. eius quoque corpus ~~[illegible]~~ a beato
Steffano papa in eodem loco sepultum. Sed a beato Sixto ponti-
fice postea levatum ij kal. Novembris. et in tripta ve-
nerabiliter curatum. In Gallia oppido vir mandensi
nat. s. Antini martirum qui sub Maximiano imperatore
passus est. et post annos l. v. inventum est angelo
revelante corpus eius. Apud Ratisponam s. Wolf-
gangi epi civitatis eiusdem qui claruit Anno domini 988.